

71

lēdum paludes: nisi ut liberi pacatiq; uiuamus? Et neq; regibus seruiamus  
neq; imperatoribus? Qd si seruitus placet: multæ sunt regiones ciuitatesq;  
ubi eum ducere sit prestantius. Itaq; reiecta omnium populorum suffra-  
giis ducis electio est. Placuit anuam potestatem creari: eosq; magistros mi-  
litum appellari: qui magistratus apud imperiū Tribunatu habebatur ma-  
ior: sed utcunq; fuerit: ego tamen existimo magistros militum propriæ di-  
ctos: qui exercitibus præsenterent. Nam omnes quos eo titulo legimus ubicū  
q; delectos. Duces armorum fuere. Et ob eam rem tū crediderim delectos  
ut in bellis haberent ueneti quos sequerentur. Id quidem uenetis ea tempe-  
state ut supradiximus maxime fuit necessarium. Hunc magistratum apud  
Heraciam initium habuisse uult dandulus. Cum & Monachus & omnes  
fere alii: qui de uenetis rebus scripsere initio creatos uelint apud Metamau-  
cum: Nam ut diximus & frequentia & opibus maxime Metamaucum in-  
creuerat. Portui ppinquum Meduaco. Metamaucum uero appellatum  
quasi transmeduacum. Est enim ab histria ad Meduacum portum tutior  
nauigatio: q; si dexteram teneas ab Anchone & Rauenna ob illud italiæ la-  
tus omnino importuosum. Nam a Borea uento maxime periculum est.  
Conditum autem ultra Medaucum portum uisiturn passus circiter quinq; milia. Neq; situm tum fuit oppidum ubi nunc est: Sed passus circiter quin-  
gentos in mare pœctius. Delectus primus magister militum Dominicus  
leo anno domini septimo & trigesimo supra septingentesimum. Nihil eo  
anno memorabile gestum. Exacto anno Felix cornicula sufficitur. Vir mā  
sueto iügenio & amabili cui nihil fuit potius: q; tollere simultates dissidiaq;.  
Restituit ab Exilio deodatum ursi ducis filium. Cæterum ne unq; finitimi  
uenetis populi a Barbaris conquiscerent: eo anno sclavi magna contracta  
manu in forumiulium prædatum descendunt. In quo Rachi dux forou-  
lianus delatus: non repulit solum: sed ingenti quoq; cecidit strage. Anno  
circumacto Deodatus ursi ducis filius magister militum creatur quem nō  
nulli scribunt Biennio magistratū tenuisse. Iubianus hypatus deodato suf-  
ficitur. Is ad egregiam uirtutem nobilitatemq; addidit etiam cōsulatus de-  
cus ab imperatore donatum. Sunt ex nostris qui scripserunt eo anno recep-  
tam a uenetis Bello Rauennam: & Hexarcho traditam maiore tamen au-  
ctoritate subnixum non est. Iubiano subrogatur Ioannes Fabriciacus in-  
felici suffragio. Prius enim q; annum circuagat: magistratu deiicitur & oculis priuatur. Eo anno Heracliani & Equilani iterum renato bello: maximo  
prælio decertauere: iuxta canalem adhunc diem arcus appellatum. Adeoq;  
infensis animis pugnatum: ut a meridie ad noctem usq; non nisi defessi mu-  
tuis cedibus uulneribusq; queuerit. Fracte eo bello uires aborū populorū &  
pene ad nihil redactæ: uenetos iterea ptesū (ut mobile natura uulgas ē)  
magistrorū militū. Et iā flagitare duces incipiunt: cum idicto ob eam rem

creant' magni militi

dominus leo & magister militi  
anno 737.

Felix cornicula. 738.

Deodatus 739. 740.  
Iubianus hypatus. 741.

Iannus fabriacus 742.